

hujus principis filio in uxorem, de cu-
jus sanctitatis preconio exultabit et ex-
altabitur omnis terra; quod etiam altera
die cum magno gaudio revelavit Herman-
no Cantgravia. Eodem quoque tempore in com-
modo castri Wartpergk, quod dicitur Do-
mus militum, magister Clinso^r cum
Wolfferamo de Eschinbach studio con-
fectionis cantilenarum se exercuit.
Quem cum superare non posset, alium
adductum, cuius prerogativa devin-
tur^{tur} ~~Wocereget~~ scientia, repræmisit. Adjuratus i-
terum^{ter} diabolus per magistrum Clinso-
rem, in specie hominis transfiguratus,
badi disputabat coram principe predicto cum
Wolfferamo, et incepit ab origine mun-
di, usque ad tempora gratie, singula
tractans subtiliter. Contra Wolfferam
mysterium verbi eterni incarnationis
pro materia arripens, specialius se
de misse sacramentis applicuit, ut sin-
gula ejus solennia per allegorias congru-
as declararet. Cum vero perventum est
ad locum verborum, quibus virtute
auctoris indita incarnata eterni patris
vis sapientia, transsubstantialitas panis vi-
tis nique formis ad hujus mundi vocatur
infima, ut qui semel se Deo patri hosti-
am immaculatam in ara crucis pro
mundo obtulit, tamen pro sua exaudi-
atur reverentia, pro singulorum singu-
lariter, et omnium communiter crimine,
quotidie illud pignus amoris sacrosancta
offerat

wolfferam

indica